



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DVIII. Die Gebrüder Gesin verkaufen dem Pleban Thil von Lenz vier Malter
Getreide-Zinsen von der Catharinen-Mühle bei Hain, und entsagen vor
Heinrich von Rochow, dem Vogte des Markgrafen Woldemar in ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

in villa Groten Rodensleue, Renunciantes dictis mansis et proprietati eorum et vniuersis, que nobis in dictis mansis competunt aut Successoribus nostris competere poterunt in futurum. In Cuius Rei euidentiam et memoriam perpetuam presens scriptum dari iussimus et nostro Sigillo communiri. Testes quoque sunt Conradus de Redere, Droyseco, Burchardus et Guncelinus de Bertensleue, Redeko de Redere, Milites nostri fideles, Euerhardus Stolppensis et Wolterus Pozewalcensis prepositi, nec non hermannus de Luchowe, Capellani nostri et plures fide digni. Actum et datum Wolmerstede, Anno dominj Millesimo Trecentesimo decimo VIII^o, feria III post dominicam Reminiscere.

Nach dem Originale, vom Hof-Cammerrathe Steinkopff aus dem Guts-Archive zu Berge mitgetheilt.

DVIII. Die Gebrüder Gesin verkaufen dem Pleban Thil von Lenz vier Malter Getreide-Zinsen von der Catharinen-Mühle bei Hain, und entsagen vor Heinrich von Rochow, dem Vogte des Markgrafen Woldemar in Hain, allen Ansprüchen, am 12. April 1318.

In nomine domini amen. Nos fratres Johannes, henricus, Bernardus, filij Johannis gesin, simul cum matre nostra konna, precipue veraciter recognoscimus, vt per presentes publice protestamur, nos vnanimiter uendidisse domino Th. plebano de lenz quatuor maldaria trium frumentorum partim siliginis uidelicet XVI Modios et totidem tritici et totidem brasei, que habebamus in molendino sancte katherine prope ciuitatem hain annuatim semper diuisim tempore suo, ut in festo nativitatis christi et in pascha domini et in natiuitate Johannis baptiste tribuenda, Resignantes ea voluntarie domino henrico de Rochow, tunc Hainensi aduocato, ad manus domini nostri Marchionis Woldemari testimoniali federe libera ab omni inpetu iuniorum fratrum nostrorum et tocius posteritatis generationis nostre, qui ea forte minus iuste in posterum repetere attemptarent. Que quatuor Maldaria dicti triplicis frumenti dominus noster Marchio woldemarus cum fauore eiusdem domini Thil. sanctimonialibus claustri haynensis benigniter pro se et suis successoribus propter dominum sempiternaliter propriauit: et eodem sancte Moniales ob respectum benignitatis dicti domini Th. in hoc facto circa eas exhibite eidem dicta frumenta representarunt, ad usum suum temporibus uite sue commode possidenda. Huius rei testes sunt honorabiles viri dominus henricus plebanus in hayn, dominus Walterus plebanus in schonenwelt, Magister ciuium Thimo de lomacz, Johannes vnguruste, apez de ozzech, hanneman Molendinensis, herman hekker, peczoldus de elstirwerde, henricus budow cum aliis ciuibus hainensibus fide dignis. Acta sunt hec anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o, feria quarta post dominicam Judica.

Nach dem im R. Sächsisch. Geh. Archive in Dresden befindlichen Originale.